HIERONYMUS
Klosterneuburg, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 152r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=446
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



secuntur. Ut autem pro catulis leonum qui
hebraice dicuntur caphyr. lxx. et the
odotio ponerent uillas. error eorum per
spicuus est. Si enim per chy. litteram scri
bas. appellatur catulus leonis. si in au
ce. que hebraice dicitur coph. ager appel
latur et uilla. unde et capharnaum ager
pulcherrimus dicitur. Dicent ergo saba et de
dan. et negociatores tharsis. et omnes
sci qui leonum catuli nuncupantur.
et certe uille habitacionesque credenti
um. O gog. numquid idcirco uenis
ut spolia rapias ecclesie. et ideo multitu
dinem congregasti. ut xpi possessio tu
a fiat hereditas. Aut putas te argen
tum et aurum quod in eloquio sensu
que intelligitur ecclesie possessurum. ut
auferas subpellectilem omnemque substantiam.
et diripias manubias infinitas xpi
uictoria congregatas. Propterea o pro
pheta ezechiel qui in typo xpi appella
ris filius hominis loquere ad gog. et
dic ei. Hec dicit dominus deus. Quando tocius mun
di errore sublato populus israel qui mente
cernit dominum habitauerit confidenter
siue in pace. tunc scies. siue consur
ges. et uenies de loco tuo. Qui sit
autem locus heretice prauitatis. sequens
sermo demonstrat a lateribus aquilonis
qui omnem calorem credentium refri
gerare conatur. uenientque cum eo
populi multi omnes ascensores equorum. de quibus
scriptum est equum et ascensorem proiecit
in mare. cetus magnus et exercitus
uehemens cum quibus ascendes ait
super populum meum israel quasi et caligo
ut operias terram meam de qua supra
dictum est in nouissimis diebus eris.

quando euuglica predicatio coruscauit. et
adducam te super terram meam. Oportet
enim et hereses esse. ut probati quique ma
nifesti fiant. et dei uoluntate a ugo
nistes diabolus. et omnia peruersitatis
dogmata derelicta sunt. ut sciant omnes
gentes et intelligant me. cum sanctificatus
fuero in te in oculis eorum o gog. hoc
est cum penis tuis me intellexerint
iudicem. Et facit apostropham ad ip
sum gog. Nonne tu es ille de quo lo
cutus sum. in diebus antiquis. in manibus
seruorum meorum prophetarum israel moysi iu
del qui ait in numerorum libro dum
taxat iuxta lxx. egredietur homo
de semine eius. et dominabitur gentium
plurimarum. et eleuabitur gog regnum
eius. et crescet regnum illius. Certum iux
ta hebraicum ita scriptum reperi. Tol
letur propterea a gog rex eius. et auferetur
regnum illius. eo quod regnum israel
in saule propter agar regem amalech
destructum sit. et in alio loco. munda
bit terram populi sui. Johel quoque in ual
le iosaphat. hoc est iudicii dei descri
bit populos congregandos. et esaias omnesque
prophete in quorum manibus et bonis operibus
sermo fit domini. Cum igitur ueneris super ter
ram israel. ascendet indignatio mea in
furore meo contra te. et in zelo meo pro
populo meo. o in igne ire mee locutus
sum. qui omnia uiciorum tuorum ligna con
sumat. Illo inquit tempore erit mag
na commotio super terram israel. Inmit
tente enim diabolo crebro contra ec
clesiam persecutio fiet que quondam fue
rat sopita. et dei uicta presidio. tunc com
mouebuntur a facie eius pisces maris. et